

EXEGESIS.

Duo sunt hujus Articuli membra. I. Fieri potest, ut aliquis accusetur, & ad quasdam probabiles conjecturas atque indicia ad sustinendam poenam capitalem in carcerem conjiciatur, cum tanta non requiratur probatio ad incarcerandum, quam ad torquendum: sicuti saepe fit, ut ad denunciationem, modò praesumptiones quaedam contra denunciatum quadantenus appareant probabiles, denunciatus compingatur in carcerem. Jam verò nuda denunciatio, & incarceratio non statim denunciatum facit reum, nisi & infimulati delicti probatio contra incarceratum accesserit.

(2) Quod si in cognitione causae legitime juxta hanc Sanctionem Carolinam instituta deprehendatur, reum non posse de accusato delicto convinci, quin potius ejus innocentiam abundè sese exserere, hinc ab accusatione vel instituta inquisitione absolvi merito debet. Quoniam verò inquisitus & incarceratus non nisi per sententiam absolvi poterit: inde etiam sententia absolutoria prout in sequentibus definita est, concipi, in ultimo judicio publicè per Actuarium recitari debet. Ut ita cunctis de ejus innocentia constet. Causa autem, quare etiam de hoc voluerit Imperator esse sollicitus, hæc est, quod judicis partes non tantum sint condemnare, sed etiam pro ratione circumstantiarum, absolvere.

ARTIC. CC.

Cautio sive admonitio.

Noch eine Erinnerung.

S In nächst nachgesetzten Articulu / zu Einführung einer Urtheil / soll der Berichtschreiber in Beschreibung solcher Urtheil / an des A. statt / den Namen des Anklägers / für das B. den Namen des Beklagten / und da das C. steht / des Beklagten Ubelthat melden.

AD ARTIC. CC.

ARGUMENTUM.

Quomodo Actuarius se gerere debeat in concipienda sententia statuit Imperator.

Uuuu

EXE-